



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

77. An Regularis, vel Monialis, vel aliquis in Sacris Ordinibus constitutus, si
sæcularem polluit, committat Sacrilegium? Et an patiens in prædicto casu
pollutionem, circumstantiam personarum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

De Circumst. aggrau. Ref. LXXV. &c. 381

Si invalidum; nam quod Professio in Religione ante illos annos vim non habeat; oritur ex constitutio-
ne Ecclesie, qualis nulla est in praesenti casu.
Idem ostenditur quoad posterius, quia Tridentinum
fess. 25. cap. 15. de Regularibus? solùm agit de pro-
fessione in Religione, quam annulat. Existime ergo,
quod licet ea sit iusta causa dispensandi, immo
iuxta probabilem sententiam tale votum possit irri-
tari etiam post annos pubertatis ab eis, quorum cu-
re superberat, qui intra annos pubertatis fuit ordi-
natus; ipsum tamen votum non sit eo ipso irritum.
Et ita hanc sententiam tenerit Caltrus Palau, tom. 4.
tractat. 27. punct. 17. num. 10. & jo. Praepositus in 3.
part. quæst. unica, de Sacram. Ord. dub. 20. num. 199.
Nota tamen, quod si nata pubertate, Ordinem
suscepimus exerceris, aut alia via approbaueris obli-
gatus es ad castitatem seruandam, & resiliere non
potes; vt notarunt Sanchez, Coninch, & alij locis
allegatis.

9. Quarto tertio. An inuincibiliter ignorans votum
celibatus implicitum contineri in receptione Ordini-
nis Sacri; tenetur seruare continentiam, si sciens,
& prudens sacram Ordinem recipiat? Sanchez lib. 7.
de Matrimon. disp. 27. num. 11. affirmit. Sed con-
trarium videtur verius. Sequitur ex dictis, cum obli-
gatio voti non possit inueniri, nisi verum votum
intercedat; illud autem non potest inueniri, vbi nullum
est voluntarium: voluntarium vero esse non
potest respectu eius, quod inuincibiliter ignoratur.
Et ita hanc sententiam tenet Joannes Praepositus,
vbi supra num. 200. & 201. qui respondet ad om-
nia argumenta Sanchez. Sed in hac difficultate dis-
tinguit Palauus loco citato num. 11. cum Coninch,
disp. 20. dub. 14. num. 145. Qui bene aduerit, quod
hic casus vix in Ecclesia Latina locum habere po-
test, cum omnes ante collationem Ordinum Sacro-
rum monentur ab Episcopo de obligatione castitatis
seruanda.

10. Et tandem quarto quartu: quid dicendum, sic
cum metu cadente in constantem virum Ordinem
susciperis: an tenearis seruare continentiam? In praes-
enti difficultate, præter eos, qui vniuersim censem
vota gravi metu facta, seu cum metu cadente in con-
stantem virum, esse nulla iure naturæ; aliqui censem
tale votum iure positivus esse irritum, & proinde ini-
tiatum Sacris Ordinibus ex tali metu non obligari
ad continentiam: ita Sanchez disp. 29. n. 5. vbi pluri-
mos citat, & lib. 4. in Decalogum, cap. 4. n. 12. Lessius
cap. 40. dubit. 3. num. 18 & alij. Et ita docet Praeposi-
tus vbi supra, num. 202. Et idem Palauus, loco citato,
mm. 13. probat nullum votum metu factum iure na-
ture irritum esse: iure vero positivo sola ea vota,
que statum Religiosum constituant, tametsi irritan-
tiam veniant. Quo posito, si cum Ordines suscepisti,
expresisti non contradixeris obligationem seruandæ ca-
stitatis; teneris eam seruare, tum ex voto, tum ex
lege. Sed probata coactio, credo facile Ecclesiastem
tibi predicatam obligationem remissuram. Sed circa
omnia supradicta, ne deferas etiam recognoscere
doctissimum Granatum in 3. part. D. Thoma, contr. 9.
tract. 4. disp. 1. sect. 1. & seqq.

RESOL. LXXV.

An Religiosus professus, qui emittit votum de non com-
mittenda mortalia, vel fornicatione teneatur, expli-
care hanc circumstantiam voti emissi post professio-
nem? idem queritur de Sacerdotio, vel Sacris Or-
dinibus initiatu: Ex part. 1. tr. 7. Ref. 9.

R Espondeo negatiu: nempe: non teneri de-
clarare in confessione se hac de re post vo-

tum professionis aut sacerorum Ordinum, speciale vo-
tum emisisse: quia per votum solempne castitatis in
professione emisum, & dum sacros Ordines suscepit
ad id ipsum tenebatur; & multiplicatio nova voto-
rum nullam etiam addit circumstantiam aggrauan-
tem; nec se obligauit de novo, sed veterem obliga-
tionem cum illo voto confirmauit: sicut, qui saepe
promitteret aliquam rem cum iuramento, vel publica-
cas scripturas de illa efficeret. Et ita docet Fagundez
de Praecept. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 11. qui ci-
tat Sanchez & Llamas. Et idem Filliacion. tom. 2. tract. 30.
cap. 7. num. 26. asseruit, aliquem habentem votum
solempne, & simplex, non teneri utrumque exprime-
re: quia votum solempne, & simplex differunt tantum
accidentaliter, & non est circumstantia in confessio-
ne aperienda.

38. §. Itaque,
prope finem.
à ver. Vnde
ex his quāvis
illa differt
ab ista que-
stionē quia in
illa additum
est iuramen-
tū voto, &c.

RESOL. LXXVI.

An quando aliquis solus se polluit tangendo aliquem
professum, vel in Sacris constitutum, teneatur explicare
hanc circumstantiam? Ex part. 1. tractat. 7.
Resolut. 53.

§. 1. Negatiu: responderet Llamas in sum. p. 3. c. 8. Sup. hoc in
§. 16. vbi sic asserit: [Quando sola mollities Rel. seq. & in
committitur tactibus Professi, vel in Sacris constituti,
si patiens est secularis, non tenetur amplius dicere,
nisi: Passus sum voluntarie pollui tactibus alienis.
Neque in sacris constitutis, vel Professus amplius te-
netur dicere, nisi, tangens impudicè, alium pollui. Et
si non sit cognitus, non tenetur explicare. Et sum in
sacris, vel Professus, aut Professa Religionem; nisi
illi etiam accidat voluntaria pollutio, vt de se liquet;
qui sacra persona non est in tali casu violata.] Ita
Llamas, sed an probabiliter, iudicent viti docti: nam
oppofitam sententiam existimo veram.

RESOL. LXXVII.

An Regularis, vel Monialis, vel aliquis in Sacris
Ordinibus constitutus, si seculariter polluit, commi-
tit sacrilegium?
Et an patiens in predicto casu pollutionem, circum-
stantiam per sonarum teneatur aperire? Ex part. 9.
tract. 9. & Msc. 4. Resol. 66. alias 65.

§. 1. Pro negatiu: sententia adduxit alibi Llamas Alibi in Ref.
primum Auctorem huius sententiae: postea præterita, &
adduxi Nicolaum Misericordem Dominicinanum: & in alia eius
Ioannem Caramuelum Cisterciensem: nunc assero
eandem sententiam docere Iacobum de Graffis Be-
dictinum, de casibus reservar. lib. 3. cap. 8. num. 39.
cui nouissimè addi Patrem Gesualdum Cappucinum
in Theolog. moral. tom. 1. tractat. 27. cap. 10. num. 16.
vbi sic asserit: Sequitur, quod quando sola mollities
committitur tactibus professi, sive aliquius in Sacris
Ordinibus constituti, si patiens est secularis, non te-
netur amplius dicere in confessione, nisi passus sum
voluntarie pollui tactibus alienis; neque Religiosus
amplius tenetur dicere, nisi causauit tangens impudicè
alium pollui, & si non sit cognitus, non tenetur explicare:
ego sum in sacris, sive Religiosus, nisi etiam
illi accidat voluntaria pollutio consummata. Et
ratio huius est, quia persona sacra non est in tali
casu violata contra votum Castitatis. Hæc Ge-
sualdus.

2. Sed propositus hanc sententiam reliquendam esse
puto. Et ego illam alibi improbavi; & me citato,
improbat Trullench vbi infra, & etiam, me citato,
lapien

TION.

CL. Part.

16 II

III

sapientissimus Oviedo in p. 2. D. Tomeo. tr. 6. contr. 5. puncl. 3. §. 10. n. 70. Vnde in summa Llamas inveniuntur expuncta talis opinio iussu nostra Sanctæ Inquisitionis Hispanicae, in Indice expurgatorio edito anno 1632. à Cardinali Antonio Zappata littera H. secunda Classis. Et ideo non approbo id, quod afferit nouissime Tamburinus in Method. expedit. Confess. I. 2. c. 5. §. 10. n. 66. vbi sic ait: si tu tuis manibus pollutas vxoriam, vel Sacerdotem, &c. debes id explicare, quia cooperari ad adulterium, vel sacrilegium; at si te suis manibus alias pollutas, parum referit pro tuo peccato contra Castitatem, quod ille fuerit vir, vel foemina, vel Sacerdos; tunc enim si aliud non additur se habent illæ manus, ut merum instrumentum; & solum adest cooperatio cum alterius te pollutis peccato. Ita illæ qui sentit cum Llamas, scilicet patientem pollutionem ab aliquo, in Sacris constituto, non teneri amplius dicere, nisi paucus sum voluntariè pollutionem tacitibus alienis, & non teneri explicare circumstantiam personæ sacrae. Sed hanc sententiam, vt diximus, delevit ex Llamas index expurgatorius. Relè itaque Trullench in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. §. 1. m. 2. sic ait: Hinc fit quando molles committitur tacitibus Professi, aut in Sacris cōstituti, esse id in confessione aperiendum, vt bene existimat Diana tract. de circumstantiis, ref. 53. contra Llamas summa part. 3. cap. 8. §. 16. Ita Trullench, & iterum ego. Vnde cautæ legendi sunt Tamburinus, Gelfaldus, Graffius, Molensiensis, & Caramuel: & caveant in posterum. Autores hanc sententiam in suis Operibus amplius imprimere.

RESOL. LXXVII.

An mulieri peccanti cum Religioso Sacerdote facit se dicere se commisere sacrilegum cum Sacerdote, vel iniunctio sacris Ordinibus?

Et an Religiosus Sacerdos, quando se accusat in confessione in simili casu non teneatur dicere se esse Religiosum Sacerdotem, sed suffici dicere se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut sacris Ordinibus initiatum. &c. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 3.

Sup. hoc sup. §. 1. Negatiuè responderet Sotus in 4. dist. 18. q. 2. in Ref. 33. §. Et in hoc, & inf. lib. 2. q. 8. art. 5. ad 1. Coninch de Sacr. disq. 20. dub. 3. n. 131. Ledefina in sum. to. 1. de penit. cap. 19. de circumstantia persone. dub. 2. Ref. 3. & §. 1a Ref. 4.

Negatiuè responderet Sotus in 4. dist. 18. q. 2. in Ref. 33. §. Et in hoc, & inf. lib. 2. q. 8. art. 5. ad 1. Coninch de Sacr. disq. 20. dub. 3. n. 131. Ledefina in sum. to. 1. de penit. cap. 19. de circumstantia persone. dub. 2. Ref. 3. & §. 1a Ref. 4.

Pearus Fay in addit. ad 3 part. quest. 9. art. 2. dist. 7. ad 3. & alij: quia votum solemnis castitatis à Religioso emulsum, alterius speciei est à specie voti Sacerdotis, in Ordine suscepito.

2. Sed ego contrarium afferendum esse censeo: & ita docet Pittigianus in 4. serv. tom. 2. dist. 16. q. vñica, art. 5. Henriquez lib. 5. de ponit. c. 5. n. 6. in Gloss. lit. G. Sanchez de mar. lib. 7. dist. 27. n. 27. & nouissime Villalobos in sum. tom. 1. tra. 9. cap. 37. n. 13. vbi ita afferit: *El Sacerdote profeso en el pecado de la carne satisfaga con decir, que es profeso, o que es Sacerdote. El fundamento desta sentencia es, que el Sacerdote no tiene obligacion a la castidad, mas que la del voto solemne, que assi se incluye, y assi el voto del Sacerdote, y el del Religioso no hacen diferente especie, si no sola es reiterar el voto, como el que hizo esse tres, o quarto vños voto de ayunar los viernes: que se le quebrafe, no haze mas que un pecado: que es como el que hizo muchas escrituras de obligacion para pagar una deuda, que no por eso queda obligado a pagar mas.* Ita ille, qui etiam citat Medinam, Azorriom, & Rodriguez. Et hanc sententiam probabili vocat Ioann. de la Cruz in director. confc. part. 1.

precept. 6. art. 6. dub. 8. conclus. 3. & Lessius lib. 4. c. 3. dub. 12. n. 87.

3. Dicendum est igitur; pcniteniem accusante se de copula, satisfacere dicendo in confessione, se habuisse copulam cum Sacerdote; & non tenetur dicere, illum Sacerdotem fuisse Religiosum. Ita, Religiosus Sacerdos, quando se accusat in Confessione, non tenetur dicere, se esse Religiosum Sacerdotem; sed suffici dicere, se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut sacris Ordinibus initiatum, &c. Et hanc sententiam etiam probabilem vocat Fagundez de Precept. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 4. in fin. Vide super hac materia tertiam meam Partem, Ref. 67. tract. 4. de Sacrament.

RESOL. LXXXIX.

An mulier habens rem cum Nonitio, vel solitu cum Novitio Religiosa teneatur aperire banc circumstantiam?

Et quid, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 7.

§. 1. A Ffirmatiuè responderet Llamas in summa, Ap. 3. c. 8. §. 14.

Sed mihi placet contraria sententia, quam docet nosfer Megala in 1. part. lib. 5. cap. 1. num. 7. quia, cum hac circumstantia sit tantum aggrauans, non est in Confessione aperienda. Quæ doctrina magis procedit, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum: quia talis circumstantia non ita nobilititer aggrauat malitiam luxurie. Et ita docet Llamas ubi supra.

RESOL. LXXX.

An si quis fornicaretur, gestando aliquod frumentum Reliquia Sancta Crucis clavorum, vel spine cor. Rel. 1. aut Hostia consecrata, occulte, debet neccari hac circumstantiam in Confessione explicare?

Et quid gestando Reliquia Sanctorum, vel Agnus benedictum?

Idem est, quando non solum quis cum complice peccat, sed etiam cum poluerit se ipsum.

Et idem est, si Parochus, dum iret cum sacro oleo ad ministrandum Sacramentum Extremae Unctionis, in inservi cum illo rem haberet cum muliere. Ex part. 1. tract. 8. & Mise. 8. Refol. 58.

§. 1. O Lim docui fornicantem gestando Reliquias, vel Agnus benedictum non esse Rel. 1. astriatum, hanc circumstantiam explicare, & ita me citato cum Sanchez, Fagundez, Lugo, Fillucci, Rad. 16. Trullench, Bonacina, & alii tenet Leander de Sa. cram. tom. 1. tract. 5. disq. 8. quast. 15. quia comitante tantum se habent ad auctum venereum, sicut ad quodius aliud peccatum. Verum hanc opinionem ego non auderem extendere ad fornicantem, & gestantem Reliquias Sanctæ Crucis, clavorum, vel spine cor. Rel. 1. corone propter contactum phycum Corporis Domini nostri Iesu Christi, vnde ex hoc ad Ecclesia coluntur adoratione.

2. Et idem puto si aliquis ex iusta causa gestat Sacra Eucharistiam occultant, & cum illa fornicetur, vnde ad elucidationem omnium si prædictorum, non defrauen hic apponere verba Patris Dicastilli, qui de Sacram. tom. secundo, tractat. 8. disq. 9. art. 8. num. 7. 18. sic ait: Dubitate quis posset circa hanc circumstantiam, quomodo id de quo agit Sanchez lib. 2. moral. cap. 40. num. 28. & ante ipsum Azor. & alii.